BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
6
7 1
1
M

LUDOVICI CAIETANI
DE LIMA,
Cler. Reg.
REGIÆ ACADEMIÆ SOCII
EPIGRAMMATA,
Quibus aliquot gesta
AUGUSTISSIMMI LUSITANORUM REGIS
JOANNIS V.
Memoriæ produntur.

OLISSIPONE.
Apud JOSEPHUM ANTONIUM A' SYLVA,
Regiæ Academiæ Typographum.

Anno CIↃIↃCCXXX.

Cum facultate Superiorum.

AUGUSTISSIMO REGI

JOANNI V.

IMPERII dùm fræna regis tranquilla potentis,
Juraque das populis, Marte ſilente, tuis:
Pone ſupercilium, placidos Rex indue vultus,
Et miti Aonios excipe fronte choros.
Sat ferro, Martique datum: ſat prata cruoris
Hauſerunt: rubras ſat tulit æquor aquas.
Quid memorem Thracûm diſperſas undique puppes,
Claſſibus & Scythicis æquora clauſa maris!

Quid referam audaces Arabas certamine fusos;
Captaque prædonis nautica castra trucis?
Reddita jam nostris colitur Pax aurea terris:
Surgat honos Musis dùm redit alma quies.
Musa decet Reges: placuerunt carmina Cœlo;
Et gaudent plectro fortia gesta cani.
Sceptra cothurnato plausere Quirina Maroni;
Mulcet & Æmatium Graia Camæna Ducem.
Quòd si placatas Musis adverteris aures,
Numen & exorent carmina nostra tuum:
Non hîc Heroûm commentos arte labores,
Illita nec fuco pagina gesta dabit.
Juverit hoc alios: dium mendacia pectus
Respuit, & ficto non sinit ore loqui.
Hîc tua gesta brevî cernes contenta libello:
Magna ciet Phœbus, nec nisi vera ciet.
Quæque paludatus, trabeâque & murice cinctus
Gesseris, hîc fidibus tradita facta leges.
Nec pudet Aonium non exhausisse furorem:
Splendida materies non eget artis ope.
Principis è gestis crescit facundia Musis:
Plectro surgit honos, quòd tua facta canat.

Ludovicus Caietanus de Lima, Cler. Reg.

AD

AD LECTOREM.

MOle licet parvus, complector magna libellus,
Grandis ut exiguo volvitur axe rota.
Principis hîc mores commendat arundine vates,
Principis hîc reddit fortia gesta Chelys.
Quis placitura neget nostra hæc tibi carmina, Lector,
Quis non placatâ fronte legenda putet?
Materiæ non artis opus: dùm gesta manebunt,
Nil jam quod possis demere, lector habes.

AD LIBRUM.

I Liber, externos citiùs viſure penatēs,
Nec te detineat gentis & urbis amor.
Seu cupis Oenotriis ſuccedere finibus hoſpes,
Impiger Arctoas ſeu cupis ire vias:
Perge liber, quò fata ferunt: dum fortia Regis
Geſta refers, tellus hoſpita quæque patet.
Pervia Sarmaticæ fient tibi limina gentis;
Romuleoque lubens excipiere ſinu.

D. LU-

D. LUDOVICO CAIETANO
DE LIMA.

Cler. Reg.

AUGUSTISSIMI LULITANIÆ REGIS

JOANNIS V.

Res geſtas centum Epigrammatibus exponenti.

EPIGRAMMA.

QUot ſupplex noſtro ſacras Epigrammata Regi,
Inclyta tot nobis Principis acta refers:
Quanta tibi doctæ fama eſt & gloria muſæ?
Sit Rex vel cultu dignior, illa facit.

Joſephus Michael Joannes de Portugal, Comes de Vimioſo.

Aliud

Ejuſdem Authoris.

MAxime perpetuo victura volumina vates
Qui facis, & Latiæ carmina digna togæ;
Jure cothurnatæ felicia ſacra Thaliæ
Detineant oculos Principis iſta cupis.
Terrarum Domino, populos qui munerat auro,
Munera feſtina plus pretioſa dare.

De eodem Epigrammatum libello.

EPIGRAMMA.

PUlchra, polita vocet quis non Epigrammata, vates,
Hæc tua, cui ſemper lima & ubique comes?
Sit fas limatos alios vocitare Poetas:
Quid? tua te Limam carmina terſa probant.

Petrus Almeida,
Societ. Jeſu.

Alia

ALIA EPIGRAMMATA.

Ejuſdem Authoris.

DAs vitam Regi, doctiſſime Lima, perennem,
Nil tibi Rex maius quod dare poſſit, habet.

QUem linguæ centum nequeunt, Epigrammata centum
Hæc tua Joanem pro merito celebrant.
Æacidæ Macedo laudantem invidit Homerum;
Te Regi, Vates, invidet Æacides.

LImatum eſt quodcumque tuum eſt, nunquàm, optime Lima,
Carminibus deerit Lima ſuprema tuis.

HAud uti limâ tibi fas, doctiſſime Lima,
Ut ſub judicium, quæ facis ipſe, voces.
Nam quæcumque facis, certè ſunt Epigrammata Limæ,
Quis verò Limæ carmina terſa neget.

FACUL-

FACULTAS

SANCTÆ INQUISITIONIS.

EMINENTISSIME DOMINE.

EA, quâ par eſt, animi alacritate, ſummaque mentis oblectatione perlegi, & inſpexi Epigrammata hæc Rev. P. D. Ludovici Caietani de Lima, Convent. Cler. Regul. Præpoſiti digniſſimi, & nihil in eis obſervavi, quod fidei regulæ, boniſque moribus adverſetur; nihil, quod ſingularem in hac materia eruditionem non redoleat. Hoc enim habent præclariſſimorum Scriptorum ingenia, ut quò altiorem ſibi materiam proponunt, eo præſtantiorem eruditionis ſuæ lucem expandant. Auguſtiſſimi Regis noſtri Joannis V. geſta præcipua Sapientiſſimus Auctor memoriæ tradenda hoc opere exponit, adeò eleganti ſtylo, acumineque ita ingenioſo, ut inter Epigrammatum Scriptores principem locum obtinere mereat. Quarè opus iſtud, ut Prælo citiùs donetur, & cenſeo, & cupio. Ulyſſipone Occidentali, in Conventu Sancti Dominici 21. Februarii 1730.

Fr. Bernardus do Deſterro.

EMI-

EMINENTISSIME DOMINE.

EPigrammata, quibus præcipua aliqua Augustissimi Regis nostri Joannis V. gesta exponuntur, à R. adm. P.D. Ludovico Caietano de Lima, ex præclarissima pariter, ac doctissima Clericorum Regularium Familia, ejusdemque in hoc Lusitaniæ Regno, Præposito dignissimo, ingeniose elaborata, attenta mente, summaque cordis, & animi voluptate perlegi. Et si in illis nihil videam, quod fidei refragetur, nihil quod probis moribus dissonum sit: sanè tamen non possum non suspicere, simulque mirari mirabilem inter materiam operis & illius Authorem armoniam. Gesta Serenissimi Regis nostri, verè Regia, & Augusta; Author illa egregiè dilucidans, verè regius, & insignis Scriptor. Illa magnificè erecta; iste præclarissimè illa decantans. Illa supra modum exaltata; iste elegantissimè illa manifestans. Illa, suâ magnificentiâ omnem admirationem rapientia; iste sua eruditione omnium celebrationem invitans. Tandem illa Authorem exaltantia; Author verò (si fas est) sua delucida explanatione illa clarificans. Ita quidem, ut (uno verbo) ab omnibus proclametur hoc opus solùm tanto Authore dignum, tantus Author solummodo tanti operis dignissimus concinator. Primum, si magnifica, excellentissimaque Augustissimi Regis nostri gesta ita perse ferunt; secundum, quis non videt, quod etiam evidenter sic convincunt, & testantur Authoris profunda eruditio, ingenii præstantia, Epigrammatistæ dexteritas indefectibilis, conceptuum sublimitas non ænigmaticis velaminibus, sed nitore stili, gravis, elegantis, verèque antiquam

tiquam maieſtatem Latiam redolentis. Volitent ergo Epigrammata iſta, non ſolum ut Authori benemeritam ſuæ ſingularis eruditionis comparent famam, quam de die in diem clariorem, & illuſtriorem ſibi efficit, dum aliis operibus adornandis, ac publicæ luci committendis totus, & indefeſſè incumbit; ſed etiam ut tanti Regis præclariſſima geſta æternitatem laceſſant, & immortalitati Authoris nomen conſecretur. Hoc meum judicium. In Conventu Sancti Dominici Ulyſſiponenſi die 3. Martii anno Domini 1730.

Fr. Dominicus de Amorim.

VIſtas as informaçoens póde-ſe imprimir o livro de Epigrammas, que compoz o Padre D. Luiz Caetano de Lima; e depois de impreſſo tornará para ſe conferir, e dar licença, que corra, ſem a qual naõ correrá. Lisboa Occidental 4. de Março de 1730.

Fr. R. Alencaſtre. Cunha. Teixeira. Cabedo. Soares.

FACUL-

FACULTAS ORDINARII.

ILLUSTRISSIME DOMINE.

PErquàm libenter legi, perlegique lectiſſima Epigrammata, quibus Auguſtiſſimi Regis noſtri Joannis V. aliquot geſta Rev. P. D. Ludovicus Caietanus de Lima, Regularium Clericorum Antiſtes egregiè commendat. In eis certè nihil offendi, quod Orthodoxæ fidei, aut morum diſciplinæ adverſetur. Miratus ſum potius Auctoris indolem ad Poeſim factam, eâmque in tanta rerum diverſitate dicendi copiam, atque conſtantiam, ut ſui ſemper ſimilis, idemque prorſus videatur. Nihil illo in argumenti tractatione uberius, nihil in carminis concinnitate numeroſius, nihil in dictionis puritate limatius. Equidem ſic ſtatuo: adeo faventi, amicoque Apolline natus eſt, ut pauciſſimos è Poetis æquales habeat, ſuperiorem fortaſſe neminem. Debebatur clariſſimo Poetæ Regium argumentum: debebatur Regi Optimo Poeta clariſſimus, de Marone ſuo gloriatur Auguſtus, de Martiale Domitianus, de Poetis aliis alii Principes, qui quò beatiùs regnant, eò illuſtriores laudum ſuarum præcones nanciſci ſolent. Sanè Rex noſter eo etiam nomine fortunatiſſimus eſt, quòd vatem, & laudatorem invenerit ſuaviſſimum æquè, ac limatiſſimũ. Prodeat igitur multiplex tanti Regis præconium,

pro-

prodeat tanti Poetæ opus præclarum; planèque dignum, quod ab universis bonarum Artium cultoribus avidissimé lectitetur. Ulyssipone in Domo Professorum Societatis Jesu 28. Martii 1730.

Hieronymus de Castilho.

VIsta a informaçaõ póde-se imprimir o livro de que se trata, e depois de impresso tornará para se conferir, e dar licença para que corra. Lisboa Occidental 9. de Abril de 1730.

Gouvea.

FACUL-

FACULTAS REGIA.

DOMINE.

EA est rerum à te gestarum magnitudo, & excellentia, ut satis dignè tractari nequeant; eas tamen breviter, strictimque attingere prudenti consilio ausus horum Epigrammatum Auctor, aviditati obtemperavit, quâ omnes rapiuntur ad eximias clarissimi Regis virtutes suspiciendas. Et quoniam ingentis molis est rerum tuarum Historiam componere, dum tanti partûs maturitas expectatur, solertis fuit ingenii admirabile quoddam illarum specimen singulis Epigrammatibus exhibere. Dignus sanè hic Scriptor qui rem tantam susciperet, ut potè qui in assiduis omnigenæ eruditionis occupationibus, dum ad Græcas, Latinasque litteras incumbit, dum Gallici sermonis elegantiæ comparandæ viam, rationemque tradit, dum Historiæ, & Geographiæ scribendæ operam dat, jucundiora Musarum studia non intermittens, ad universa se aptum ostendit. Hæc igitur, quæ inspicere jussus sum, Epigrammata, adeò venustate & lepore affluentia mihi videntur, ut per se ipsa multiplicem compararent plausum, e iam si tantum, argumentum non affuisset. Opus meâ sententiâ edi dignissimum, publicisque monumentis sæpe numero transcribi, ut egregia facta argutè scripta, ab omnibus in posterum celebrentur. Olyssipone Occidentali XI. Cal. Maii anno Domini CIↃIↃCCXXX.

Ludovicus Franciscus Pimentellius.

DOMI-

DOMINE.

EPigrammata R. P. D. Ludovici Caietani de Lima, jubentibus quidem Sapientiſſimis Cenſoribus, ſed libenti tamen exultantique animo à me prælecta, cenſere non poſſum, quin publicam in lucem prodeant, ne ſcilicet maximæ, quæ in Regiam Academiam indè derivanda certè eſt, gloriæ videar obtrectare. Adeò nulla non modò in eis inconcinnitas & inſulſitas; imò verò elegantia & argutia mira. Idem judex eſto, qui lector. Id enimverò eventurum mihi videtur, ut limatum conſentaneumque Auctori ſuo opus nemo non prædicet; & de quo vel ipſe jure optimo dicere queat:

Deſuit haud *ſcriptis ultima lima meis.* Orat. Triſt. 1.

In Ulyſſiponenſi domo Sancti Rochi 27. Martii 1730. Eleg. 1.

Petrus de Almeida.

LICENÇA

Da Academia.

O Director, e Cenſores da Academia Real da Hiſtoria Portugueza daõ licença ao Padre D. Luiz Caietano de Lima, para uſar do titulo de Academico neſte livro, viſta a approvaçaõ do Academico, a que ſe commetteo o ſeu exame. Lisboa Occidental 16. de Junho de 1730.

Marquez de Alegrete. *O P. D. Manoel Caetano de Souſa.*
O Conde da Ericeira. *Joſeph da Cunha Brochado.*
O Marquez de Abrantes. *O Marq. Manoel Telles da Sylva.*

Viſto

VIſto eſtar conforme com o original póde correr. Lisboa Occidental 27. de Junho de 1730.

Fr.R.Alencaſtre. Cunha. Teixeira. Sylva. Soares.

VIſto eſtar conforme com o original póde correr. Lisboa Occidental 27. de Junho de 1730.

Gouvea.

TAixaõ em cento e cincoenta reis eſte livro em papel para que poſſa correr. Lisboa Occidental 5. de Julho de 1730.

Pereira. Teixeira. Bonicho. Rego.

Erratas

Errata ſic corrigenda.

Natilis	pag. 1.	Natalis.
Crine	pag. 9.	Crines.
Luſitaniæ	pag. 24.	Luſitanæ.
E ne	pag. 37.	Enſe.
Condderas	pag. 66.	Condideras.
Inde flexa	pag. 74.	Indeflexa.
Priſca tui	pag. 76.	Priſca tuis.
Fectivos	pag. 86.	Feſtivos.
Celſa quò	pag. 100.	Celſa quòd.
Princepe	pag. 101.	Principe.

LUDO-

LUDOVICI CAIETANI DE LIMA EPIGRAMMATA.

Regis natilis dies.

EPIGRAMMA I.

VEnit Erithræo lux annumeranda lapillo,
Urbi quæ ſacrum præſtitit alma Jovem.
Nulla dies noſtris illuxit dignior oris;
Mitia nec ſortem ſæcla tulere parem.
Thure ſacros, urbs alma, focos, araſque fatiga:
Vota Polo largâ ſolvere perge manu.
Sed licet immodicis cumules altaria donis,
Vix colere hanc poteris ritè ſatiſque diem.

Votum Superis die Natali Regis.

EPIGRAMMA II.

QUantus io populi ferit aurea ſydera plauſus,
Quantaque cura focos thure fovere ſacros?
Attulit hæc nobis ingentia gaudia, Princeps,
Alma dies, ortu nobilitata tuo.
Mille tibi liceat metiri tempora luſtris,
Atque ſequi pigro Neſtora poſſe gradu.
Mille ſinant ſuperi feſtivos cernere ludos,
Integra quos ætas adſpicit una ſemel.
Intereà infracto conſtent tibi corpore vires,
Tunc quoque recta vibret fulmina ſacra manus.

Urbs

Urbs renata Regis Natali die.

EPIGRAMMA III.

AUrea jam noſtris ſuccedunt ſæcula terris;
Incolit & patrios jam Dea cæca lares.
Pectora miteſcunt mores exoſa ferinos;
Aptaturque capax Artibus ingenium.
Nulla furit rapidi veſana licentia ferri:
Nulli rupta fides: legibus auctus honos.
Munere ſi quæras tanto quiſnam auxerit urbem;
Hoc totum præſtat Regis alumna dies.

Maiori natu Principe demortuo certum Imperii jus obtinet.

JOANNES V.

EPIGRAMMA IV.

QUae modò ſceptra tenes, alii ſors inſcia, Princeps,
Deſtinat: heu ſortem quàm malus error agit!
Non tulit hoc mundi præſes ſapientia Divûm;
Juſque tibi Fratrem cedere fata jubent.
Sic placitum ſuperis: tranſit ſic error in artem:
Gaudia ſic populis Numina ſacra parant.

Rex

Rex Rempublicam capeſſit.

EPIGRAMMA V.

QUantus io populi conſcendit ad æthera plauſus
Fræna quòd imperii jam tua dextra regat?
Quisque ſibi gratatur ovans, gratatur & Orbi;
Nuncupat & , Princeps, hæc modò vota Polo.
Quòd pigriore gradu veniat tibi Neſtoris ætas;
Cedat & immanes quòd tibi Crœſus opes.
Quòd tua Cæſareos præcellat palma triumphos;
Atque tuo duci jure Lycurgus amet.
Sic modò ſollicitant votis ſacra Numina gentes;
Nec te digna ſatis tam pia vota putant.

Optima Regis indoles Rempublicam capeſſentis.

EPIGRAMMA VI.

GAudia quanta tuas pertentant dulcia gentes!
Imperii, Princeps, quùm modò fræna capis!
Exhilarata cient ſolemnes compita plauſus
Vox tamen hæc populi gratiùs urbe ſonat.
Moribus imperii quòd longè dignior extas;
Quòdque tuum leges anteit ingenium.

Rex ſeptendecim annos natus ad gubernacula Reipublicæ accedit.

EPIGRAMMA VII.

BIna tribus fuerat luſtris vix addita meſſis,
Te poſtquàm terris attulit alma dies,
Imperii quùm ſumma tibi concredita gaudet;
Et tua jam frænat regna paterna manus.
Gentibus affulget ſpes hinc gratiſſima noſtris;
Nec falli populos Numina ſacra ſinent:
Nempè quòd à geſtis fiet tibi longior aetas;
Stamina nec Parcæ, ſed pia facta dabunt.

Inflammato indies bello Imperii gubernacula Rex prehendit.

EPIGRAMMA VIII.

DUm trahit æratas acies in prælia Mavors,
Sævit & Arctois, Heſperiiſque plagis:
Imperii præclara tui primordia ſurgunt;
Quæque diù teneas, aurea ſceptra capis.
Proſpexere unquàm Superi conſultiùs Orbi,
Nec poterant meliùs commoda noſtra regi.
Prælia ſi deceant, torquebis fulmina, Princeps;
Jura dabis populis, Marte ſilente, tuis.

Rex

Rex insignibus regiis ornatus ab Imperii proceribus Sacramentum exigit.

EPIGRAMMA IX.

IMplicuisse sacros te, Rex, diademate crine
Cernimus, & miti sceptra tulisse manu,
Divorum redimita probant id signa parentum,
Mos hic Principibus patrius ante fuit.
Quid tamen hæc tanto potuere insignia Regi
Addere? quid Sceptrum, quid vè corona juvat?
Cui fulcit Themis æqua manum, cui tempora Pallas,
Iste supervacuo spernat honore coli.

Regalis


image
not
available

Regis Nuptiæ.

EPIGRAMMA XI.

LÆta dies agitur, ſacris quâ fœdera tædis
Pronus in obſequium pectora junxit Hymen;
Æterni quæ vincla tori genialia nectit
Juno, lubens caſtis aſſidet illa focis.
Nec pia compelli plenis expectat acerris;
Seu patitur multo ſtrideat igne merum.
Quid modò ſacra precer ſupplex jã Numina, Princeps!
Prævenit aethereus, quùm pia vota chorus.

Votum

Votum Junoni in Regis nuptiis.

EPIGRAMMA XII.

DUm nova connubii teſtamur gaudia ſacri;
Plenaque thuriteris ſtridet acerra focis:
Pronuba Juno veni, genialia fœdera concors
Tu junctura tori, pronuba Juno veni.
Sic tua centuplici fument altaria dono;
Priſcus & Argolicâ te colat arce chorus.
Sic memor Auſonias ſervet tibi Roma calendas;
Soſpita Lanuvio ſieque voceris agro.

De nocturnis ſpectaculis in Regis Nuptiis.

EPIGRAMMA XIII.

AMphitheatrales ſileat jam Græcia ludos;
Nec ſonet urbs circos maxima Cæſareos.
Gaudia ſiqua dabant olim ſpectacula terris,
Non niſi neglectâ conditione dabant.
Quæ nunc aſtra petit moles tua flammea, Princeps,
Hæc ſpectatores gaudet habere Deos.

Nocturna,

Nocturna, Diurnaque Principis Spectacula.

EPIGRAMMA XIV.

Nocte micant ignes, redeunt spectacula manè;
Gaudia sic terris nocte dieque foves.
Cernimus hinc patrias quòd flectas solus habenas;
Quin ulla imperii pars vacet urbe Jovi.
Jupiter Ætherea contentus sede fruatur;
Fata frui tanto Principe nosque sinant.

Rex prole auctus.

EPIGRAMMA XV.

GAudia quot noſtris agitantur dulcia terris
Prole frui ſacrâ quùm datur urbe Jovi!
Undique muneribus cumulari cernimus aras;
Incendique piis thura Sabæa focis.
Intercà hoc rectè ſuperos, unumque precabor;
Parca nec Æthereo nuncupo vota choro.
Regia quòd proles effingat mente parentem;
Quòd referat tantum moribus illa patrem.

Rex multiplici prole à Deo donatus.

EPIGRAMMA XVI.

QUanta tibi, Princeps, cœlo delapſa ſereno
Progenies! Sacri munera quanta tori!
Dum tua geſta vident, placidos dum Numina mores,
Laeta ſuum gaudent huc rediiſſe genus.
Sic placitum ſuperis: terris ſic commoda ſurgent;
Imperio hæc Orbis ſtirps erit una ſatis.

Imperii

Imperii felicitas ſub JOANNE V.

EPIGRAMMA XVII.

SPlendida quot grati debemus munera Cœlo?
Commoda quot largâ ſuppeditata manu?
Pace frui populos: augeri civibus urbes;
Congeſtoque auri pondere tecta premi:
Cernimus & noſtros paſſim miteſcere mores;
Artibus atque ſacri corda madere jugi.
Sed licet hæc Superis debemus munera, Princeps;
Pulchrius Ætherea munus ab arce venit:
Nempè quòd imperium noſtris tibi Jupiter oris
Ceſſerit, & populos nos facit eſſe tuos.

Foedus Ultrajectense à Rege sancitum.

EPIGRAMMA XVIII.

REddita Lusiacis surgit Pax aurea terris,
Compositoque venit fœdere tuta quies.
Exornare aciem, & duro decernere ferro
Aptum te miles noverat ante tuus.
Nunc populis aequas cernet te condere leges,
Et miti, Princeps, sceptra tenere manu.

Rex

Rex Bellum componit.

EPIGRAMMA XIX.

COnticuere tubæ, ſiluerunt claſſica terris:
Otia jam miles dulcia feſſus agat.
Fœdere compoſito claudantur limina Jani:
Horrida quæ fuerant, mitia fæcla fluent.
Principis in vultus fornacibus æra liqueſcant,
Æra tot infrænis cladibus apta priùs.

Rex innutritus bellicis laudibus
Bellum componit.

Ad Regem.

EPIGRAMMA XX.

QUæ modò ſydereo perfundit nectare terras,
Et revehit lætos, Marte ſilente, dies:
Hæc revocata tuo ſurgit pax aurea dono;
Et recreant noſtros otia parta lares.
Nec Jani clauſiſſe ſatis tibi templa bifrontis,
Maior adhuc domito gloria Marte venit:
Nempe quòd armorum nutritus laude quieſcas;
Suetaque poſthabeas claſſica, pacis amans.

Rex populi plauſus declinat.

EPIGRAMMA XXI.

SAcra petis ſuperum nuper quùm limina, Princeps,
Ritè ſoluturus divite vota manu.
Nè te detineant meditato compita plauſu,
Ductor ſtellatâ calce fatigat equos.
Siſte hilaris, noſtros non dedignatus honores;
Et recreet populos numen ubique tuum.

BIBLIOTEC... VITTORIO...

Urbis deliciæ ſub JOANNE V.

EPIGRAMMA XXII.

MUnera quantâ tibi, Princeps, accepta referre,
Solvere quot grates cogimur urbe tibi!
Templa ſtrui ſuperis, fumare altaria donis
Cernimus, & ſolvi plurima vota manu.
Augeſcunt opibus cives; labor excitat artes;
Et redit Aonio gloria multa choro.
Advehit Atthalicas certatim navita merces;
Semina contuplici fœnore fundit ager.
Auſpiciis hæc parta tuis, ſtudiiſque fatemur;
Nec niſi ſub tanto Principe certa ſalus.

Luſi-

Luſitana claſſis Venetis ſubſidio à Rege miſſa.

EPIGRAMMA XXIII.

DUm fera ſemotas agitat diſcordia gentes,
Et Thraces Latio bella cruenta movent:
Tu Venetis laturus opem, celer undique claſſem
Contrahis, & reddi littora tuta jubes.
Quid tua finitimis præſtabit dextera terris,
Sepoſitis, Princeps, qui citò damna caves!

Thraces ſub adventum Luſitaniæ claſſis fugam intendunt.

EPIGRAMMA XXIV.

BArbara Cimmerii ſileant diſcrimina belli,
Nec Venetum Thraces littora clauſa ſonent.
Claſſis Ulyſſeo ſolvit validiſſima portu,
Quæ reſerat timidi ferrea clauſtra ſinus.
Quòd ſi Threiciæ detrectent prælia puppes,
Infectoque velint Marte redire domum:
Amplior indè tuæ, Princeps, ſtat gloria claſſi;
Prælia quòd tentans fuderit illa Schytas.

Uliſipo

Oliſipo Bipartita.

EPIGRAMMA XXV.

UNa olim fueram ſedes clariſſima Regum,
Multus Ulyſſea quam locat arte labor.
Nunc duplex jubeor meliori ſorte renaſci,
Et geminæ exornat me novus Urbis honos.
Cauſſa ſubeſt facti populis notiſſima, Princeps;
Ampla quòd urbs Dominum non ſatis una capit.

De eâdem Oliſipone Bipartitâ.

EPIGRAMMA XXVI.

MOle licet vaſtâ colles egreſſa ſuperbos;
Vix ſedes ſtabam Civibus apta meis.
Principis imperio geminam diffundor in Urbem,
Partior & Cives, atria, tecta, vias.
Nec tamen indè minor ſtabit reverentia Regi:
Una fides geminæ eſt, Regis & unus amor.

Patriar-

Patriarchalis honos Sacræ Regiæ Ædi delatus, adnitente Rege.

EPIGRAMMA XXVII.

SAcra olim fueram multis ſub Regibus Ædes;
Nunc Patriarchalis me facer auget honos.
Præferor & reliquis Templorum molibus una,
Aſtra licet ſummo vertice celſa petant.
Non auro ditaſſe ſatis tibi Numina, Princeps:
Surgat honos ſuperis jam novus, ipſe facis.

Muſici ex Italiâ in Urbem à Regē advocati commendantur.

EPIGRAMMA XXVIII.

QUid referam plectro ducentē Amphyona cautes,
Orphea ſiſtentem flumina quidvè canam?
Si qua fides veri, moles vix ſenſibus orbas
Demulcent numeris plectra vetuſta ſuis.
Quæ modò Thyrreno promuntur gutture voces;
Principis hæ doctis auribus urbe placent.
His ſacra mulceri gaudent quoque Numina Templis;
His ſcitè Æthereus fingitur orbe chorus.
Præferat Auſoniis veterum modulamina plectris,
Qui ſuperis præfert flumina, ſaxa, ſuis.

Solemnis

Solemnis pompa Euchariſtica Oliſ-pone ducitur.

EPIGRAMMA XXIX.

PAnde tuos, urbs alma, ſinus; laxa undique colles;
Auroque & gemmis ſterne ſuperba vias.
Qui mare, qui terras, Cœlum qui numine complet,
Hic pius invehitur limina noſtra Deus.
Urbe novum liceat ſimulari fornice Cœlum;
Effingantque poli ſydera celſa faces.
Porticus hinc ſurgat ſublimibus alta columnis,
Quà deceat pompam ducere ritè ſacram.
Hinc paries niteat fulvo ſaturante metallo;
Pendeat & Tyrius multus ubique labor.
Numinis hunc poſcit ſuperi reverentia cultum;
Reddere nec Princeps aptior alter erit.

Aſer

Afer Princeps Chriſtianis myſteriis inauguratur.

EPIGRAMMA XXX.

HActenus hæ fuerant laudes, committere claſſes;
Quærere & ignotas per vada ſalſa plagas.
Cingere ſeu muris urbes, arceſque locare,
Quâ Pactolus opes, quâ vehit Indus aquas.
Nec tamen arte truces licuit componere mores,
Nec plaga commentos reſpuit ulla Deos.
Priſca fides taceat; ſubdi modò barbara ſacris,
Numinibus, Princeps, non tibi regna facis.

Tagi

Tagi cursus emendatus.

EPIGRAMMA XXXI.

NUlla hucusque Tagum frænabat certa crepido,
Quin vagus alluvie commacularet agros.
Hactenùs immensùm sinuosis flexibus errans
Infidum nautis sæpè parabat iter.
Arcentur sed damna tuo jam prisca colono,
Et vector tutas itque reditque vias.
Quanta tibi, Princeps, virtus est, quanta potestas?
Cui subdunt vires prona elementa suas!

Tagus

Tagus postquam alluit Regis Aulam in mare prorumpit.

EPIGRAMMA XXXII.

QUâ tibi sacra domûs surgunt penetralia, Princeps,
Digna tui sedes, Regia digna Jovis:
Hîc Tagus auriferæ fulvus regnator arenæ
Æquoris occiduos ambit adire sinus.
Aulam, crede, tuam postquam Tagus alluit undis,
Sorte tumens, pelago se putat esse parem.

Pugiones

Pugiones latâ lege à Rege interdicti.

EPIGRAMMA XXXIII.

HActenùs indomiti damnosa licentia ferri
Abstulerat Cives, urbe gemente, tuos.
Insidiosa vias fœdabat cæde lubido;
Nullaque fumantis meta cruoris erat.
Sanxisti legem, quæ cultros æqua vetaret,
Continuòque redit pax & amica quies.
Quanta tibi virtus est, quanta potentia, Princeps;
Ferri qui vires frangere voce potes?

Legem Rex ſancit, quâ antiquitatis monumenta accuratè ſerventur.

EPIGRAMMA XXXIV.

Docta Teraphnæum jactas quid Sparta Lycurgũ?
Quidq; Numam audaci carmine, Roma, ſonas?
Illis cura fuit triſtes obvertere caſus,
Arcere & patriis damna futura plagis.
Quam modò ſanxiſti, Princeps mitiſſime, legem,
Gentibus hæc ſarcit priſtina damna tuis.

De eâdem lege.

EPIGRAMMA XXXV.

IMproba nè fœdent Spartanas crimina gentes;
Exuat aut mores candida Roma ſuos:
Pluribus hoc cautum fuerat ſub legibus olim;
Hæc decuit Reges anxia cura pios.
Lege recens latâ, ſæclis Rex maxime priſcis
Amplius immineant nè nova damna facis.

Subſidiaria Claſſis Perſis à Rege miſſa.

EPIGRAMMA XXXVI.

BElla pharetratas urgent dùm triſtia gentes,
Imminet & Perſis hoſtica turba mari:
Subſidium latura ratis tua plurima ſolvit
Littore ab Eoo, nec nocet ira freti.
Conſeruere manus: cecidit pugnâ improbus hoſtis:
Præda juvat Perſas, ſed tibi fama placet.

Bellica Regis Effigies.

EPIGRAMMA XXXVII.

RErum certa ſalus, terrarûm gloria, Princeps,
Soſpite quo tutum credimus imperium.
Quid galeæ criſtatus apex, quid fulgurat umbo?
Fatidico vè ſacrum quid riget enſe latus?
Incaſſum truculenta Jovi Titania proles
Bella movet, tumidas & gerit ore minas.
Quòd ſi ſacrilegas præſtat componere gentes;
More Jovis, Princeps, fulmina multa vibra.

De Regis imagine coloribus expreſſa.

Ad Pictorem.

EPIGRAMMA XXXVIII.

PArrhaſii ſuperat mirum tùa dextra laborem;
Quin & Apellæum nobile præſtat opus.
Æmula naturæ ridet quoque Zeuxidis artem;
Quæque tulit Latium vincere viſa ſimul.
Sed licet immodicis Coelo te laudibus aequem,
Non Dominum ſcitè pingere digna ſatis.

De eâdem Regis imagine.

EPIGRAMMA XXXIX.

PRincipis incassum moliris reddere vultus:
Docta licet, Regem nulla tabella dabit.
Sedula quos olli natura afflavit honores,
Exprimet haud nixus Zeuxidis arte labor.
Effingas vel fortè Jovem, simules vè Gradivum,
Palladis aut referas callidus ora sacræ:
Serus adhuc sparsâ ad pugnam proludis arenâ;
Regis adumbrati vix tibi surget honos.

De Regis Effigie in aes incisâ.

EPIGRAMMA XL.

CErne paludati ſpirantia Principis ora:
Cerne: viget parvo quantus in ære decor?
Conſidet auguſto Martis vis æmula vultu,
Ingeniique acies plurima fronte ſeder.
Æris duritiæ cœlo ſi dempta fuiſſet,
Principis effigies dignior iſta foret.

Statuæ

Statua Regis marmorea Tubuccorum Oppido collocata.

EPIGRAMMA XLI.

ADſpice Mygdonio ſpirantes marmore vultus;
Sculptaque Phydiacâ Principis ora manu.
Grata ſupercilium maieſtas fronte ſerenat,
Ingeniique acies Pallade fulta niter.
Multa Jovem ſimulant, effingunt plurima Martem;
Nec niſi ſydereus ſplendor in ore viget.
Non tamen indè putes totum te cernere Regem;
Si cupias meliùs noſcere, geſta lege.

Celebriores undequaque Artifices magnis impensis in Urbem à Rege advocantur.

EPIGRAMMA XLII.

EMeris annoso quòd fictos aere labores;
Signaque quòd pario marmore multus emas:
Hæc quota munificæ laus est & gloria dextræ,
Quæ populos opibus largior imbre fovet.
Hoc me sæpè rapit, doctas quòd prodigus artes,
Quòdque ipsos, Princeps, e meris artifices.

De Regis venatione.

EPIGRAMMA XLIII.

DOrica quàm certo venabula dirigis ictu,
Quot tua Mænalias collocat haſta feras?
Vidimus immanem mediis in montibus aprum
Porrectum caſſas ingeminaſſe minas.
Territus incuſat notos indagine ſaltus,
Qui pavidam Cervus perdidit antè fugam.
Sed quùm ruré feras tuleris tot pronus in iras,
Quàm populo, Princeps, mitior eſſe ſoles?

De Cervo à Rege interempto, quin ulla vulneris signa appareant.

EPIGRAMMA XLIV.

SAltibus excusus solerti indagine Cervus;
Dorica quem terrent tela, canûmque cohors:
Principis ille manum torquentem fulmina sentit;
Sternitur & plagæ cæde tegente viam.
Mitius ingenium gentes hinc discite Regis,
Quo feriente, necis signa nec ulla vigent.

De Equo, in quo vehitur Rex in venatu.

EPIGRAMMA XLV.

QUi Tarteſſiacis Aſtur tibi venit ab arvis,
Ille Meduſæum quàm benè præſtat equum!
Non illum mens ulla ſequi, non vota valebunt;
Sique velis, curſu præpete vincit aves.
Hyppomenes hoc vectus equo, nè victus abiret,
Spargeret haud fulvis aurea poma dolis.
Non Pyrois, non axe Plhegron ſic devorat auras:
Tardior & curſus it vaga luna ſuos.
Sed licet iſte regi Solis mereatur habenis,
Non tua fræna ſatis mandere dignus erit.

De erogatâ Mendicis pecuniâ, à Rege.

EPIGRAMMA XLVI.

QUùm pius aſcendis Divûm penetralia, Princeps,
Numina quo caſto pectore ſacra colas.
Mendicûm quæ multa cohors tenet atria templi,
Ære tuo plauſus exhilarata ciet.
Dona nec extorquet geminato pigra latratu:
Munera dat citiùs largior imbre manus.
Dî tibi quot populo largiris dona remittant:
Sic eris ipſe Hermo, ditior atque Tago.

Aurei

Aurei Nummi, Regis effigie ſignati.

EPIGRAMMA XLVII.

PRincipis effigiem referentes cernite nummos,
Cudit Ulyſſeâ quos novus urbe labor.
Regius exornat pretioſa numiſmata vultus;
Æquaque ſyderibus fulva metalla nitent.
Auri ſacra fames nummis ſaturata quieſcet;
Creſcet & aſpectu Principis urbis amor.

De eiſdem Numiſmatibus.

EPIGRAMMA XLVIII.

PRincipis effigie ſignata numiſmata cerne:
Aureus en nummus Principis ora refert.
Ære alios fingi liceat, vel marmore Reges:
Præſtitit hoc Graius, Romuleuſque labor.
Non hæc apta tuis, Princeps, jam vultibus extant:
Non niſi ducta auro te ſacra ſigna decent.

JOANNES

JOANNES V. Historiæ servator.

EPIGRAMMA XLIX.

EXciderant quæ mente pătrũ monumẽta resurgũt,
Hisque frui serâ posteritate datur.
Cernimus Imperii reducem post sæcula laudem;
Excipit & splendor gesta vetusta novus.
Tot tibi dent Superi, Princeps, exposcimus annos,
Clara quot Heroum facta vigere facis.

Latina Poeſis urbi reſtituta.

EPIGRAMMA L.

CArmina jam Latio veniunt condita lepore,
Libat & auſonios noſtra camæna ſales.
Quæ tamen arguto conſurgit gloria plectro,
Hæc tua ſit, Princeps, hæc tibi tota venit.
Effingunt vates numeros: tua dextera vates,
Divite queis ſpargis munera tanta manu.

JOANNES V. Latinæ Poëseos ſervator.

EPIGRAMMA LI.

PIndi ſacra cient noſtræ jam Numina gentes,
Arteque Cecropiâ pectora multa madent.
Auſoniæ jam digna togæ, Latiique leporis
Mille ſonat patrius carmina ubique chorus.
Quòd tamen huc remeent Pindi nil miror alumnæ,
Condere carmen amant, quùm tua geſta vident.

Latina multorum Authorum poemata, vetuſtate pænè abolita Rex edi jubet.

EPIGRAMMA LII.

PLurima quæ vatum ſiluit monumenta vetuſtas,
Carmina quæque tenax condidit antè manus.
Impenſis rediviva tuis nunc clauſtra recludunt,
Pierioſque augent lumen adepta choros.
Hinc nova Parnaſſi commendat fama colonos,
Redditur & ſacris gloria multa jugis.
Sed placidâ quòd fronte probes ea carmina, Princeps,
Vatibus hinc potior gloria, lauſque venit.

Capitalis

Capitalis rei damnato Rex crimen condonat.

EPIGRAMMA LIII.

PRæmia quàm velox tribuit tua dextera, Princeps,
Quàmque pigra ad pœnam fontibus ire ſolet?
Quem modò fatalis damnaverat urna nocentem,
Olli delicti eſt gratia facta ſui.
Exigat ultrices alibi Rhamnuſia pœnas;
Tu terrore reos plectere mitis amas.

Principis clementia, ergà rei Capitalis damnatos.

EPIGRAMMA LIV.

TRiſtia dùm, Princeps, ignoſcis crimina ſonti;
Nec pateris noxam vindice morte luat:
Annè tuum flexit ſacrum clementia pectus?
Maneris annè ferax hoc tua dextra tulit?
Principis hinc ſplendet pietas gratiſſima Cœlo:
Hinc diuturna reis dat tua dona manus.

Votum

Votum Octobri pro reditu diei Natalis Regis.

EPIGRAMMA LV.

ALme redi citiùs noſtras October ad Oras,
Confectoque tuo promptiùs orbe veni.
Gaudia quid populo, ſuperis quid ſacra moraris?
Nos tam ſera pudet ſolvere vota Polo.
Te tribuente dies illuxit candida terris,
Principis & vultus vidimus Orbe ſacros.
Sed jam necte moras: terris jam tardus adeſto;
Sic ætas veniet longior indè Jovi.

De muneribus Sinenſi Imperatori à Rege miſſis.

Ad Regem.

EPIGRAMMA LVI.

SPlendida Sinenſi miſiſti munera Regi,
Queis poſſes Cræſi vincere largus opes;
Quod tua finitimis præſtarat dextera terris,
Hoc & ſepoſitis præſtat amica plagis.
Nec populos ditaſſe ſatis: penetralia Regum
Reddis ſacra tuis ſplendida muneribus.

Aurei

Aurei Nummi Regis effigie ſignati.

EPIGRAMMA LVII.

URbe quod immenſum cudi modò cernimus aurũ,
Non niſi ſacra ſui Principis ora refert.
Nec temerè expreſſam tantam quis dicere formam
Audeat, & nummos increpet indè novos,
Solvere nos Regi grates hæc cogit imago,
Qui populis confert aurea dona ſuis.

De eiſdem Numiſmatibus.

EPIGRAMMA LVIII.

PRincepis effigie ſignatos cernite nummos:
Materiem hic ſuperat dignius artis opus.
Creſcit amor Regis quantùm ipſa pecunia creſcit;
Et famam præſens auget ubique decor.
Hinc comem, hinc facilem, mitem quoq; dicite Regem,
Qui paſſim populos ore beare ſolet.

Juventus

Juventus militari disciplinæ operam navat, jubente Rege.

EPIGRAMMA LIX.

MUlta tuæ struitur, Princeps, schola martia genti;
Plurimus & populos bellicus ardor agit.
Mænia moliri, firmareque discimus arces:
Discimus & tutis ponere castra locis.
Hinc premere hostiles ignitis molibus urbes,
Hinc dabitur fluvios ponte domare citos.
Sic fatis animos olim gravioribus aptas;
Quæque decent Reges otia pace doces.

De Horologio jussu Regis mirificæ artis turri impositō.

EPIGRAMMA LX.

CErnis ut obtentâ meliori sorte resurgo;
Astraque sublimi vertice celsa peto.
Hinc ærata urbi metitur tempora moles,
Qualem Athlantæus vix tulit antè labor.
Ut recto ergò dies cursu, noctesque ferantur,
Ars fuit astra poli consuluisse priùs.

Nuperæ

Nuperæ Apotheoſeos dies feſti ſummâ religione ac impensâ à Rege aguntur.

EPIGRAMMA LXI.

QUùm nova ſtellifero adſcribuntur Numina Cœlo,
Athereâque ſacer creſcit in arce chorus:
Quanta tibi pietas, quanta eſt reverentia, Princeps,
Quantaque cura focos thure fovere pios.
Vidimus immani fumare altaria ſumptu,
Imponique aris munera mille ſacris?
Addere ſupremus potuit pia Numina Flamen;
Ritè coli terris tu tamen illa doces.

Extero-

Exterorum Divorum Apotheosis magnis impensis agitur à Rege.

EPIGRAMMA LXII.

QUanta tibi pietas, quanta est reverentia Divûm;
Quotque infers templis munera digna sacris?
Thure tuo, Princeps, fumant altaria passim;
Impositusque aris plurimus ardet honos.
Indigenûm ditasse satis nec templa Deorum:
Extera & hospitio Numina ritè foves.

Regis

Regis Bibliotheca.

EPIGRAMMA LXIII.

CErnis ut immenſo circunſtant agmine Chartæ;
Cernis & ut docto pondere tecta gemunt.
Hîc ſibi regalem ſtruxit ſapientia ſedem;
Excipit hâc cives arce Minerva ſuos.
Sic Rex exſortem libris impertit honorem:
Scriptis digna gerens, hic quoque ſcripta colit.

De eâdem Regis Bibliothecâ.

EPIGRAMMA LXIV.

CUr pretioſa tibi cumulas tot millia librûm,
Vendicat & totam Bibliotheca domum?
Cernimus immani digeſta volumina ſumptu,
Improbus aſſiduâ quæ parat arte labor.
Cœleſti cui fulta ſedet mens Numine, Princeps,
Providus hic aliâ non eget artis ope.

Templum

Templum à Rege Mafrae excitatum.

EPIGRAMMA LXV.

QUæ modò ſacra Polo ſurgit contermina moles,
Sydereaſque arces cominùs indè videt:
Non hæc mygdonio, phrygio vel marmore fulget;
Nec veniunt lybicis barbara ſaxa plagis.
Nobiliora tuis concreſcunt marmora campis;
Plura ferax patrius munera fundit ager.
Hinc tibi laus ſurgit, Princeps, & gloria maior;
Quòd tua ritè Deo, non aliena dicas.

De novâ Viarum munitione, quibus itur ad Mafram.

EPIGRAMMA LXVI.

QUâ nunc recta patent ſpatioſaque ſtrata viarum,
Illic anguſto tramite ſtabat iter.
Vidimus immenſo domitos molimine montes,
Inque juga attolli quæ modò vallis erat.
Hinc tua ſplendeſcit pietas, mitiſſime Princeps,
Teque ſacrâ duci religione patet.
Condderas hucuſque manu ter divite Templum:
Nunc colat ut populus Numina, ſternis iter.

Celebrando

Celebrando Natali Regis Diei urbs impar.

EPIGRAMMA LXVII.

HÆc eſt alma dies ſacri benè conſcia partûs;
Cernere quo primùm contigit ora Jovis.
Solvere vota manu ſuperis urbs divite perge,
Funde Hermum donis, grataque funde Tagum.
Exhaurire priùs tibi flumina multa licebit,
Quàm tuleris tanto munera digna die.

De Vitreâ Officinâ à Rege excitatâ.

EPIGRAMMA LXVIII.

SPlendida Niliacæ ſileant commercia gentes,
Nec Venetûm noſtrâ fulgeat urbe labor.
Vitrea jam patriis igneſcit maſſa caminis,
Æthereum terris reddere docta jubar.
Hæc tua fert ſolers populis induſtria, Princeps,
Hinc tibi vel fragili gloria ab arte venit.

De Regis Horto ſuburbano.

EPIGRAMMA LXIX.

Mille ſuburbanus tibi ſervit floribus hortus,
Quales nec Pæſti ſedula cura tulit.
Albicat hîc tellus, rubet illic, ſæpèque flavet;
Sæpè etiam Cyani ſparſa colore micat.
Quâque moves greſſus, fragrantes carpis odores;
Auget & areolas gratior arte labor.
Ferveat innumeris nil miror floribus hortus;
Ille tibi, Princeps, munera digna parat.

De eodem Regis Horto.

EPIGRAMMA LXX.

QUâ Tagus occiduas feſſus propè mergitur undas,
Florum regnatrix hîc Dea ſacra ſedet.
Hîc Charitûm diſtincta manu, diſtincta colore
Prata nitent, gemmis ſtrataque fulget humus.
Æmula Pæſtanis fovet hîc viridaria Chloris;
Surgit veris honos, quùm fera bruma riget.
Ingenium non iſta locì, non ſydera præſtant;
Temperies Cœli nec modò prata juvat.
Officioſus ager tua, Princeps, juſſa faceſſit;
Præſtat & obſequium quod nequit artis opus.

Sobur-

Suburbanos Hortos Rex magnis impensis emit.

EPIGRAMMA LXXI.

QUâ Tagus auriferas diffundit pronus arenas,
Ære coempta tuo plurima villa sedet.
Immodicos hîc rura paras jactantia sumptus,
Nullaque regales meta coercet opes.
Emeris at terræ quamvis tot jugera, Princeps,
Exagitat pectus nulla cupido tuum.
Prædia sic dominos ditant vel vendita priscos;
Augere hæc cives ars fecit ære tuos.

De Leone in Suburbano Regis horto ſervato.

EPIGRAMMA LXXII.

LUſtra Leo Nemees terrere impervia doctus,
Unguibus atque acres ſollicitare feras,
Principis Imperio mores exoſus acerbos
Hoſpes adeſt horti, ruris & ille ſacri.
Mitia quàm Domino placeant hinc pectora cernes:
Dum fera miteſcit, vel fera ſæva placet.

Aurea

Aurea Numiſmata duplici palmâ circundata.

Ad Regem.

EPIGRAMMA LXXIII.

CIrcumdat quæ bina tuos palma aurea nummos,
Non temerè artificum ficta labore nitet.
Sic tua ſignari pretioſa numiſmata præſtat,
Inclita queis Domino gloria tanta venit.
Uſibus apta ſacris, atque apta numiſmata donis,
Iſta triumphalis non niſi ſignet honos.

Urbi

Urbe insalubri Rex Cœli mutationem respuit.

EPIGRAMMA LXXIV.

DUm furit atra lues, serpitque infesta per urbem,
Plebis & assiduo funere tecta quatit.
Inde flexa tuos firmat constantia vultus,
Nec patrios clemens deseris ipse lares.
Quantus amor populi carpit præcordia Regis,
Dissita cui nulla est, urbe gemente, salus?

De eâdem Regis conſtantiâ, urbe inſalubri.

EPIGRAMMA LXXV.

DUm ſtygiis damnoſa lues ſe tollit ab undis,
Atraque diffundit mille venena viis:
Quot tua ſollicitat pietas medicamina plebi?
Quotque auro cives ſubtrahis urbe neci?
Quem ſic dira movent miſeræ diſcrimina gentis,
Non Rex, ſed patriæ dicitur eſſe pater.

Prædonis

Prædones Regis imperio pœnas luunt.

Ad Regem.

EPIGRAMMA LXXVI.

HActenùs innocuas abigebat prædo carinnas,
Vexabantque rates mille pericla salo.
Imperio sed fulta tuo vix æquora Classis
Verrit, & infidos permeat usque sinus.
Impia prædones exsolvunt crimina pœnis,
Et fit præda brevî, qui modò raptor erat.
Prisca tui sic parta redit reverentia signis,
Tutus & æquoreas navita findit aquas.
Sepositæ discant gentes, discantque propinquæ;
Quòd fuga nulla tuis hostibus orbe patet.

Lusitani

Luſitani à Mauris capti, Regis ære rependuntur.

EPIGRAMMA LXXVII.

HActenùs inſontes ſqualebant carcere gentes,
Vinctæ ferratâ compede crura, pedes.
Nulla quies operum captis: Labor improbus artus
Urgebat Lybicis, barbariciſque plagis.
Ære tuo, Princeps, tandem, ſtudioque repenſus
Quiſque ſuos repetit, puppe vehente, lares.
Duplice ſic captos, nec fallor, ſorte beaſti,
Queis patriâ & pretio bis datur eſſe tuos.

Regis

Regis Classis Afros prædones fugat.

EPIGRAMMA LXXVIII.

PUnica nè spoliis diteſcant littora noſtris,
Atque premat Cives Afra cataſta tuos:
Contextura rates curvantur robora portu;
Incumbitque brevi plurima puppis aquis.
Bina tuæ surgunt, Princeps, hinc commoda genti:
Servat opes populus; perdit & hoſtis opes.

De

De novo Regis Palatio in Transtaganâ regione recens excitato.

EPIGRAMMA LXXIX.

Hîc ubi regalis pulſat vaga nubila moles;
Celſaque pernici tendit ad aſtra gradu:
Hîc ubi cælato ſplendet domus aurea luxu,
Largaque gemmarum copia ditat opus:
Nuper erant laſſæ vix diverſoria gentis,
Stabat & hoſpitio non ſatis apta domus.
Surgit opus, ſurguntque artis miracula Graiæ;
Ornat & Auſonius limina celſa labor:
Quâque homines olim pauperrima tecta fovebant,
Splendida nunc patrios excipit Aula Deos.

Novum

Novum Regis Palatium in Transtaganâ regione paucis menſibus excitatum.

Ad Regem.

EPIGRAMMA LXXX.

Hic ubi ſacra Polo ſurgit contermina moles,
Vertice ſydereo cui patet aula Jovis:
Nuper arenoſi torpebant jugera fundi,
Stabat & inviſum frugibus antè ſolum.
Nunc brevibus conſtructa ſedet domus ampla calēdis,
Indignata moras temporis illa pati.
Ociùs hinc diſcant tua ſcita faceſſere gentes,
Quùm properent Artes & tua juſſa ſequi.

Hyberne

Hyberno tempore Rex Transtaganam Regionem petit, Principum nuptias pacturus.

EPIGRAMMA LXXXI.

QUùm glacialis hyems aquilonibus asperat undas,
Fert & Hyperboreas obruta terra nives:
Helvia, quò facili consurgit martia colle
Carpis iter Princeps, vel renuente gelu.
Nec mora: regales coeunt in fœdera dextræ,
Quâ populos certo limite Caia regit.
Ardua quæque tuis cedent ingentibus ausis,
Qui tua fræna pati tempora iniqua docet.

De Caiâ flumine ponte junctо.

EPIGRAMMA LXXXII.

SArmaticæ fileant Iſtri glauca oſtia gentes;
Rhenus & Arctoas nec ſonet aſper aquas.
Non niſi bella fovent miſeris hæc flumina terris:
Improbus has Mavors gaudet inire vias.
Fœdere compoſito pontem tu Regibus offers;
Excipis & mites non niſi Caia ducer.

Princi-

Principum conjugalia fœdera ad Caiam flumen à Rege firmantur.

EPIGRAMMA LXXXIII.

HErme quòd auriferis volvaris dives arenis,
Vortice quòd flavo turgidus, Inde, fluas:
Hæc quota tranquilli laus est & gloria Caiae,
Arva licet tenui gurgite pauca riget.
Illîc jungit opum populos furiosa cupido:
Hîc sacro Reges fœdere jungit amor.

De Pace Nuptiarum fœdere firmatâ.

EPIGRAMMA LXXXIV.

DEgere quòd populos vitam patiaris inermes,
Pacifer & Jani clauſeris urbe fores:
Hæc tua laurigeros poſcunt pia facta triumphos;
Pulchrior &, Princeps, hinc tibi palma venit.
Ordine quas longo veteres Capitolia pompas
Suſpexere, fides non niſi rupta dedit.
Non olim imperium niſi quòd contempſerat hoſtis
Expendit pœnas, nec juga dira tulit.
Quæ terris genialis adeſt pax te duce, Princeps;
Non extracta minis, officioſa venit.

Eborenſis

Eborenſis Academia Pontificii, Civiliſque Juris magiſterio à Rege aucta.

EPIGRAMMA LXXXV.

QUanta tibi, Princeps, juris reverentia ſacri,
Legibus & populos flectere quantus amor?
Elbora priſcorum ſedes gratiſſima Regum,
Muſarumque altrix, Palladis aula ſacræ,
Munere fulta tuo educet quoque Juris alumnos,
Qui tua, qui doceant jura ſevera Patrum.
Mille aliis liceat circumdare mœnibus urbes:
Tu doctos Cives, tu facis eſſe probos.

Urbis votum pro Regis reditu.

EPIGRAMMA LXXXVI.

GAudia quid noſtræ differtis, Numina, genti?
Quid pigrâ aſſiduas luditis aure preces?
Quem votis reducem patriis expoſcimus oris,
Cura olli ſuperis prima litare ſuis;
Mos erat & populos ſub religione tueri,
Deſereret ritus nè vaga turba ſacros.
Reddite jam placidum nobis pia Numina Regem,
Sic tutus ſuperos urbe manebit honos.

De

De reditu Regis in Urbem.

EPIGRAMMA LXXXVII.

QUantus io populus celſam confluxit ad urbem,
Cerneret ut reducis Principis ora ſui!
Advena feſtivos auget quoque multus honores,
Noſtraque concordi gaudia mente capit.
Deſerat Æthereas ſi quandò Jupiter arces,
Et lubeat noſtros viſere fortè lares:
Non illi hoſpitium melius præſtabitur orbe,
Nec poterit pompâ nobiliore frui.

Populi lætitia ex reditu Regis.

Ad Regem.

EPIGRAMMA LXXXVIII.

CAndida gemma diem faſtis hanc digniùs addat,
Quâ pius aſcendis limina noſtra redux.
Nulla auri nos ſacra fames, lucri vè cupido
Urgebat: patrii Principis una ſitis.
Tot tibi det fauſtos metiri Jupiter annos,
Poſcebant reditum quot pia vota tuum.

De eâdem populi lætitiâ ex reditu Regis.

EPIGRAMMA LXXXIX.

QUæ ſeptingemino conſurgis ad æthera colle
Urbs, hilari vultu gaudia multa cape.
Deſine ſydereas ſcrutari cominùs arces:
Tuta ſuis liceat motibus aſtra rapi.
Sedibus en reducem patriis ſpectare Tonantem
Jàm licet, & placido numine ritè frui.
Addere quid noſtris poſſunt modò ſydera terris,
Cernere queis reducis contigit ora Jovis?

Regis

Reges è Transtaganâ regione reverſi, ſolemni pompâ Urbem invehuntur.

EPIGRAMMA XC.

SEpteno quæ colle tumes urbs æmula Romæ
Ære alacri Cives perge ciere tuos.
Jam licet invectos tua limina cernere Reges,
Pignora & æterni viſere ſacra tori.
Plurima convexos moles ſinuatur in arcus,
Errat & innumeris porticus ampla viis.
Undique barbarico pendent aulæa labore,
Et quæ Memphitis ſedula pinxit acus.
Multa virûm matrûmque cohors ſpatioſa viarum
Strata tenet: plauſus concutit aſtra frequens.
Non tibi, Roma, parem licuit ſpectare triumphum:
Nec licuit tantò Principe, Roma, frui.

Nocturna

Nocturna ſpectacula Rege è Tranſtaganâ regione in Urbem reverſo.

EPIGRAMMA XCI.

CErnis ut ætheream moles petit ignea ſedem,
Et revehit feſſum, nocte cadente, diem!
Cernis ut anguineæ volitant per nubila tædæ,
Decertantque aſtris ignibus aſtra novis!
Impendere orbi non hinc incendia credas:
Mulciber innocuas hîc parat igne faces.
Gaudia ſic tellus partiri geſtit Olympo:
Sic grates patrio pro Jove ſolvit ovans.

Mombaça

Mombaça à Luſitanis recepta.

Ad Regem.

EPIGRAMMA CXII.

ABſtulerat quam durus Arabs, audacior olim,
Mombaçam, imperio redditur illa tuo.
Pronus ad arma volat miles tua juſſa capeſſens,
Occupat &, Princeps, mœnia celſa loci.
Sic populi Eois jacturam ulciſceris oris;
Sic diſcit frænos gens & iniqua pati.

Receptâ

Receptâ Mombaçâ Rex templum adit grates Deo ſoluturus, poſthabitis Urbis plauſibus.

EPIGRAMMA XCIII.

HActenùs humano manſueſcere neſcia cultu
Te longinqua colit gens & iniquus Arabs;
Jam tua fræna pati Zanguebar littora diſcunt,
Captaque Mombaçæ mœnia celſa patent.
Nec tamen hinc longas ſpectant Capitolia pompas,
Nec tuba laurigeros increpat urbe ſonos.
Quùm tua terrigenûm ſuperent geſta ardua vires,
Jure Deo, Princeps, parta tropæa refers.

Rex

Rex præmia largitur, antequàm miles in naves imponatur.

EPIGRAMMA XCIV.

ANtè tuus quàm dura ciet certamina miles,
Tentet & Eoas regia classis aquas:
Plurima jam, Princeps, largiris præmia genti;
Tondeturque seges, quin premat arva labor.
Quis jam venturos desperet marte triumphos,
Quùm fuerint donis empta trophæa priùs?

Zangue-

Zanguebaria littora à pyraticis classibus vindicata, jubente Rege.

EPIGRAMMA XCV.

COnvectare mari prædas, & vivere rapto
Doctus Arabs, proprio clauditur ille sinu.
Navita jam tutus pelago decurrit aperto,
Atque vehit merces tuta carinna salo.
Vindice jam ferro, flammisque ultricibus actus
Quas rapuit prædo, fœnore solvit opes.

Urbis

Urbis viæ laxatæ.

Ad Regem.

EPIGRAMMA XCVI.

QUà modò recta via eſt, multiſq; aptata quadrigis,
Quamque terat tuto plurima turba gradu.
Hîc anguſta tuas urgebat ſemita gentes,
Civibus æternas nectere docta moras.
Sic pius avertis populorum incommoda, Princeps,
Anſaque diſſidii tollitur indè frequens.
Auſpiciis quùm ducta tuis plebs creverit urbe,
Undique laxari fas erat arte vias.

Aula

Aula fontibus ornata.

Ad Regem.

EPIGRAMMA XCVII.

PUlchrior augustæ deerat quæ gratia sedi,
Illa sacros ornat jam repetita lares.
Plurima jam pario, phrygio seu marmore servit
Lympha tibi, & properans jussa fateſſit aqua.
Parca aliis, natura sinus tibi larga recludit,
Atque colit tellus, numen & unda tuum.

De ingenti auri, adamantumque copiâ Regi advectâ.

EPIGRAMMA XCVIII.

DOna quot exeſæ præſtant adamantina cautes!
Auri quotque ferax pondera fundit ager?
Officioſa ſuos pandit natura receſſus,
Regis in obſequium prona elementa fluunt;
Saxea quæ fuerat rupes, adamantina ſurgit;
Aurea ſit moles, terrea gleba priùs.

Ingens

Ingens adamantum copia ex Luſitanorum Coloniis in Americâ collocatis Regi advehitur.

EPIGRAMMA XCIX.

HActenùs immenſum tellus tibi fuderat aurum
Undabantque lares fulva metalla tuos.
Munera nunc, Princeps, fundunt adamantina cautes
Et patrio ſordent aurea dona ſolo.
Tecum certat humus, quiſnam profuſior extet,
Fallitur at quanto munere fiſa ſuo!
Ni labor arſque premat, tellus ſua dona recludit:
Dat tua dextra lubens munera, datque citò.

Votum Superis pro perpetuâ Regis incolumitate.

EPIGRAMMA C.

DI, quibus imperium terræ eſt, & ſumma poteſtas,
Quorumque ad nutum commoda noſtra fluunt;
Thure quid aſſiduo, votis quid templa fatigem!
Principe pro tanto victima quæ vè cadet?
Celſa quò incolumem ſervetis Numina Regem,
Veſtra hoc intererit; nec mihi vana fides.
Hîc Divûm geret Orbe vices: huic Jupiter olim,
Otia ſi quærat, ſceptra gerenda dabit.
Nolo thura Jovem, pia nolo vota fatigent:
Conſulat ille Orbi, conſulat ille ſibi.

Author

Author rerum à Principe gestarum mole obrutus Musas valere jubet.

EPIGRAMMA

Languida suspenso sileant jam carmina plectro,
Nec sonet indocto pollice tacta chelys.
Principis ingenio vates & dotibus impar;
Imparque Aoniis gesta referre modis.
Clarior exsurget factis poscentibus olim
Author, Apollineo dignior atque choro:
Quem Pindus, quem Phœbus amet, quem Mātua Civē,
Quemque velit tellus Graia tulisse suum.
Uberior quàm, Musa, legas, tibi credita messis,
Longior & restat quàm cupis ire, via.
Tantæ molis erit divinum condere carmen,
Fortia quo Regis, quo pia facta canas.

QUùm in hoc libello Latini ſermonis integritati conſulentes *Fata*, *Numina*, *Deos*, *Jovem*, aliaſque hujuſmodi voces adhibemus, eæ non niſi Chriſtiano uſui, notionique ſubjectæ ſunto; nèque enim nobis ſanctius aliquid, antiquiuſque eſt, quàm diſciplinis, inſtitutiſque à Sanctâ Romanâ Eccleſiâ traditis firmiſſimè ac perpetuò adhæreſcere.



INDEX

INDEX

Lemmatum.

A

Academia Eborensis Pontificii, Civilisque juris magisterio à Rege auta, 85.
Adamantum, aurique ingens copia Regi advecta, 98.
Adamantum ingens copia ex Americâ Regi advecta, 99.
Antiquitatis monumenta jussu Regis servata, 34. & 35.
Apotheoseos nuperæ dies festos Rex agit magnis impensis, 61.
Apotheesis exterorum Divorum magnis impensis à Rege agitur, 62.
Artifices celebriores à Rege in Urbem advocati, 42.
Aurei nummi Regis effigie signati, 47. 48. 57. 58.

B

Bellum Rex componit, 19.
Bellicis laudibus Rex innutritus pacem componit, 20.
Bibliotheca Regis, 63. & 64.

C

Cæli mutationem Rex urbe insalubri respuit, 74.

Capitalis rei damnato Rex crimen condonat, 53.
Capti à Mauris Regis ære rependuntur, 77.
Caya Flumen ponte junctum 82.
Ad Cayam Flumen conjugalia Principum fœdera firmantur, 83.
Cervus à Rege interemptus, quin ulla vulneris veſtigia appareant, 44.
Chriſtianis myſteriis Aſer Princeps inauguratur, 30.
Claſſis Luſitana Venetis ſubſidio miſſa, 23.
Claſſis ſubſidiaria Perſis miſſa, 36.
Clementia Principis ergà rei capitalis damnatos, 54.
Conjugii regalis fœdera Viennæ Auſtriæ ineuntur, 10.
Conſtantia Regis Urbe inſalubri, 75.

E

EFfigies *Regis bellica*, 37.
Effigies Regis in æs inciſa, 40.
Effigie Regis aurei nummi ſignati. V. Aurei nummi.
Equus, quo Rex vehitur in venatione, 45.
Euchariſtica pompa ſolemnis Oliſipone ducitur, 29.

F

FOedus *Ultrajactense à Rege ſancitum*, 18.
Fontibus Aula ornata, 97.

H

HIſtoriæ *ſervator Joannes V.* 49.
Horologium turri impoſitum jubente Rege, 60.
Hortus Regis ſuburbanus, 69. & 70.
Hortos ſuburbanos Rex magnis impenſis emit, 71.

Imago

I

Imago Regis à pictore coloribus expreſſa, 38. & 39.
Imperii jus obtinet Joannes V. 4.
Imperii gubernacula Rex prehendit inflammato in dies bello, 8.
Imperii felicitas ſub Joanne V. 17.
Indoles Regis Rempublicam capeſcentis, 6.
Inſignibus Regiis ornatur Rex, 9.
Joannes V. Vide 4. 17. 22. 49. 51.

L

Leo in ſuburbano Regis horto ſervatus, 72.

M

Maſræ Templum à Rege excitatum, 65.
Mendicis pecunia à Rege erogata, 46.
Militari Diſciplinæ operam navat juventus, jubente Rege, 59.
Mombaça à Luſitanis recepta, 92.
Mombaçâ recepta Rex Deo grates ſolvit, 93.
Monumenta Antiquitatis juſſu Regis ſervata. Vide Antiquitatis.
Muſici ex Italiâ à Rege advocati commendantur, 28.

N

Natalis dies Regis, 1.
Natali die Regis votum ſuperis, 2.
Natali Regis die urbs renata, 3.
Natali Regis diei celebrando Urbs impar, 67.
Natalis. Octobri votum pro reditu diei natalis Regis, 55.
Numiſmata aurea duplici palmâ circundata, 73.
Nummi aurei Regis effigie ſignati.

ſignati. V. Aurei nummi.
Nuptiæ Regis, 11.
Nuptiis Regis votum Junoni, 12.

O

Oliſipo bipartita, 25. & 26.

P

Palatium novum Rex excitat in Tranſtaganâ Regione, 79. & 80.
Patriarchalis honos Sacræ Regiæ Ædi delatus, 27.
Pax à Rege nuptiarum fœdere firmata, 84.
Plauſus populi Rex declinat, 21.
Poemata Latina multorum Authorum Rex edi jubet, 52.
Poeſeos Latinæ Rex ſervator, 51.
Poeſis Latina Urbi reſtituta, 50.
Pompa ſolemnis Euchariſtica, 29.
Pompâ ſolemni Reges Urbem invehuntur, 90.
Prædones Afri Regis claſſe fugati, 78.
Prædones Regis imperio pœnas luunt, 76.
Præmia Rex largitur, antequàm miles in naves imponatur, 94.
Prole Rex auctus, 15.
Prole multiplici Rex à Deo donatus, 16.
Pugiones latâ lege à Rege interdicti, 33.

R

Reditus. Votum Urbis pro reditu Regis 86.
Reditus Regis in Urbem, 87.
Ex Regis reditu populi lætitia, 88. & 89.
Rempublicam Rex capeſſit, 5.
Reipublicæ ad gubernacula Rex accedit annos natus decem & ſeptem, 7.

V

Sinensi Imperatori munera à Rege missa. 56.
Spectacula nocturna in Regis nuptiis, 13.
Spectacula nocturna Rege in Urbem reverso. 91.
Spectacula nocturna, diurnaque, 14.
Statua Regis Marmorea, 41.

T

Tagi cursus emendatus, 31.
Tagus alluens Regis aulam, 32.
Thraces sub adventum Lusitanæ classis fugam intendunt, 24.
Transtaganâ Regione Palatium Rex excitat, 79. & 80.
Transtaganam Regionem Rex petit Principum nuptias facturus, 81.

V

Venatio Regis, 43.
Venetis subsidio missa classis à Rege, 23.
Via urbis laxatæ, 66.
Viarum nova munitio ad Masfram, 96.
Vitrea Officina à Rege excitata, 68.
Urbis deliciæ sub Joanne V. 22.
Votum superis die natali Regis, 2.
Votum Junoni in Regis nuptiis, 12.
Votum Octobri pro reditu diei natali Regis, 55.
Votum urbis pro Regis reditu, 86.
Votum superis pro perpetuâ Regis incolumitate, 100.

Z

Zanguebaria littora à pyratis vendicata, jubente Rege, 45.

INDEX

EPIGRAMMATUM.

A

ABstulerat quam durus. 92.
Alme redi citiùs. 55.
Amphitheatrales ſileat. 13
Antè tuus quam dura. 94.
Adſpice Mygdonio. 41.
Aurea jam noſtris. 3.

B

BArbara Cimmerii. 24.
Bella pharetratas. 36.
Bina tribus fuerat. 7.

C

CAndida gemma diem. 88.
Carmina jam Latio. 50.
Cerne paludati. 40.
Cernis ut Ætheream. 91.
Cernis ut immenſo. 63.
Cernis ut obtentâ. 60.
Circumdat quæ bina. 73.
Conticuere tubæ. 19.
Convectare mari. 95.
Cur pretioſa tibi. 64.

D

DEgere quòd populos. 84.

Di

Di quibus imperium. 100.
Docta Teraphnæum. 34.
Dona quot exesæ. 98.
Dorica quàm certo. 33.
Dùm fera semotas. 23.
Dùm furit atra lues. 74.
Dùm nova Connubii. 12.
Dùm stygiis damnata. 75.
Dùm trahit æratas. 8.

E

Eheu quæ mente. 42.
Exciderant quæ meis annosa. 49.

G

Gaudia quanta tuas. 6.
Gaudia quid nostræ. 86.
Gaudia quod nostris. 15.

H

Hactenùs hæc fuerant. 30.
Hactenùs humano. 93.
Hactenùs immensum. 99.
Hactenùs indomiti. 33.
Hactenùs innocuas. 76.
Hactenùs insontes. 77.
Hæc est alma dies. 67.
Herme quòd auriferis. 83.
Hîc ubi regali. 79.
Hîc ubi sacra Polo. 80.

I

Implicuisse sacros. 9.
Improba nè fœdent. 35

L

Læta dies agitur. 11.
Lento plaustra gradu. 10.
Lustra Leo Nemees. 72.

M

Mille suburbanus. 69
Mole licet vastâ. 26.
Multa tuæ struitur. 59.
Munera quanta tibi. 22.

N

NOcte micant ignes. 14.
Nulla hucusque Tagum. 31.

P

PAnde tuos Urbs alma. 29.
Parrhasii superat. 38.
Pindi sacra cient. 51.
Plurima quæ vatum. 52.
Principis effigie. 48. 58.
Principis effigiem. 47.
Principis incassum. 39.
Præmia quàm velox. 53.
Pulcrior augustæ. 97.
Punica nè spoliis. 78.

Q

QUâ modò recta via 96.
Quâ nunc recta patent. 66
Quâ Tagus auriferas. 71.
Quâ Tagus occiduas. 70.
Quâ tibi sacra domus. 32.
Quæ modò sacra Polo. 65.
Quæ modò sceptra tenes. 4.
Quæ modò sydereo. 20.
Quæ septingemino. 89.
Quanta tibi pietas. 62.
Quanta tibi, Princeps, Cœlo. 16.
Quanta tibi, Princeps, juris. 85.
Quatus io populi ferit. 2.
Quantus io populi concendit. 5.
Quantus io populus. 87.
Qui Tarteſſiacis Astur. 45
Quid referam plectro. 28.
Quùm glacialis hyems. 81
Quum nova stellifero. 61.
Quùm pius ascendis. 46.

R

REddita Lusiacis. 18.
Rerum certa salus. 37.

S

SAcra olim fueram. 27.
Sacra petis superûm. 21.

Saltibus excuſſus. 44.
Sarmaticæ ſileant. 84.
Septeno quæ colle. 90.
Splendida Niliacæ. 68.
Splendida quot grati. 17.
Splendida Sinenſi. 56.

T

TRiſtia dùm Prinæ ceps. 54.

V

VEnit Erithræo lux. 1.
Una olim fueram. 25.
Urbe quòd immenſum. 57.

FINIS.

MG 2015359

MAMBOR
LEGATORE DI LIBRI
CORSO 32